Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140 132

de spiritu meo: et dabo prodigia in celo et in terra sang
uinem et ignem et vaporem fumi. Sol commutetur
in tenebras et luna in sanguinem ante quam veniat dies
dni magni et horribilis. Et erit omnis quicumq; invocaverit
nomen dni salvus erit. Alla. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre alla. Deinde Collecta.

Illo nos igne quesumus domine spiritus sanctus inflamet quem dominus noster ihsus xpus misit in terram et voluit vehementer accendi. Per. Ad lectionem

In diebus illis. Locutus est dns ad moysen dicens. Loquere filiis israel: et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdotem. Qui elevabit fasciculum coram dno: ut acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis autem ab eo die in quo obtulistis manipulos primitias: septem hebdomadas plenas usq; ad alterum diem expletionis hebdomade septime et sic offeretis sacrificium novum domino de tribus libis vestris. Panes primitias duos de duabus decimis similes quos elevabit sacerdos coram dno. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atq; sanctissimum: omne opus servile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis vestris. Dicit dns ops. Alla. Spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habet voces. Deinde Collecta.

Deus qui ad animarum medelam venisti deuo
ne castigari corpus precepisti. concede nobis
spiritum et mente et corpe semper tibi esse devotos. Q